



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.  
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

**Potesta, Felice**

**Coloniæ, 1712**

Cap. II. De matrimonio secundùm se.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40060**

tur eam ducere; quia posteriora sponsalia stantibus prioribus fuerunt invalida; & quod ab initio non subsistit, tractu temporis non convalescit, cap. Placet, de Conver. conjugat. Clericatus cit. num. 22

3947 Qui post votum simplex castitatis defloravit pueram sub promissione matrimonii, tenetur ad votum. Rodr. in sum. tom. 1. cap. 28. num. 11. Diana in sum. ver. Ingredi Religione m num. 3. contra Leandrum de matr. tr. 9. dif. 2. q. 5. quia hujusmodi promissio, aut sponsalia sunt contra ius à Deo jam acquisitum, adeòque iniqua, & invalida; sicut à pari, qui post promissionem conjugii, aut sponsalia, emitit votum simplex castitatis, tenetur ad sponsalia. Villal. tr. 12. diff. 12. n. 9. Navar. Sanchez. Fillie. contra Leandrum cit. qu. 6. quia votum esset de re alteri promissa, nec Deus acceptat promissionem in præjudicium tertii; ita à fortiori, si votum sit prius, standum est pro voto.

3948 Sponsalia ab initio invalida, & sponsalia ab initio valida, qua postea mutuo consensu dissolvuntur, in hoc differunt, quod invalida non parunt impedimentum publice honestatis, bene vero valida; quod impedimentum durat etiam post dissolutionem mutuo consensu factam. Clericatus c. 142 n. 12. v. n. 4115. & à n. 4125.

Scotus in 4 d. 28. q. un. &c. B.C. & D. 30. qu. 2. &c. Maistrus dif. 20. q. 4. Leander tr. 12. 9. dif. 1. &c. 2. Tancredi tom. 1. de matr. lib. 1. Tamb. tem. 2. lib. 8. tr. 3. Busemb. & Clericatus cit.

## CAPUT II.

### De Matrimonio secundum se.

3949 **M**atrimonium est contractus, & describitur, quod sit Sacramentum inter baptizatos, quo vir & mulier sibi munus legitimè corpora sua tradidunt, ad perpetu-

tuam vita societas, & remedium pa-  
riscentie.

3950 Hinc ad matrimonium regimur, Mutuus consensus contrahentium se pa-  
renti, ad differentiam sponsalium, vix  
sensus est de futuro, & ideo sponsalia con-  
hunc per verba de futuro; *Ducat te in marum, Matri-  
orem, ducat te in marum,* quando etsi  
per verba de praesenti: *Ducat te in marum, rem, Ducat te in marum,*

2. Requiritur, quod consensus fu-  
sus per signa externa sufficiens, prece-  
stant in verbis, sive in alio signo, &  
fiant immedietè per ipsos contrahentes,  
mediate per procuratores.

Si Parochus ex errore lingue dixit, & non  
an vellet ducere fœminam, v. g. *Rogat in te  
in maritum, & sponsus affirmavit,* & alioquin  
est Matrimonium; quia (ut supponatur) in p-  
ex circumstantiis apparet, quod videtur ex  
Sponsi sit ducendi fœminam in ueritate, & non  
bat. tom. 1. tr. 10. n. 3. 94.

3. Quod talis consensus sit inter pares, &  
non legitimè impeditas. Ex iure pateris  
quititur etas pubertatis, de qua n. 1.  
alias quoquin erit nullum.

4. Demum requiritur presentis Pateris  
& duorum testium, cum illis verbis re-  
voi conjungo, &c. alias erit matrimoni-  
um definitum, & novo iure Tridentinum:  
v. n. 12. & 3933.

3951 Ministeri hujus sacramentum  
contrahentes: *materia*, vero, & p-  
corum mutuus consensus, hoc modo  
*materia, ex qua, & proxima, etiam*  
consensus externis signis expellit quod  
habet rationem traditionis corporis, &  
vero est idem consensus, quatenus habet  
rationem acceptationis: *materia tem-  
pore corpora contrahentium,*  
ipsa corpora contrahentium.  
Effectus hujus sacramentum est gratia

ante, videlicet augmentum gratiae; unde ipsi  
convenientes debent esse in gratia, alioquin  
vivere mortaliter; quia ponunt obicem gra-  
tiae, quia Sacramentum causaret.

3951 Matrimonium dicitur *ratum*, quan-  
do contractus est factus modo explicato, sed

et secuta copula: Dicitur *consumatum*,

quando est secuta copula. Unde matrimo-  
nium, & consumatum, non differunt

materialiter, & in ratione sacramenti; sed

enim si contractus est penes copulam fecutam, vel

enit, finita fecutam.

io figo; ad 3953 Certum est, validum esse matrimoni-

um, contraentes, nec absentes per procuratorem initiuū;

ad 3954 sive de Procur. in 6. quia matrimonium

quae dicitur contractum a Christo semotum a linea contractus,

v. gr. *Romanus* 16. ipse fuit elevatus ad lineam

huius, et secundum, seu ad casuandam gratiam.

3955 In procuratoribus non requiritur di-

ctio, quod venient sexus, sed possunt esse duo viri, vel

duae mulieres; quia non contrahunt nomine

proprio.

3956 Inter pre-  
dictos procuratores potest quis dare mandatum

ex jure pelmentis, intendendo in eam, quam ipse procurator

et quia mandans elegit. Clericatus cap.

14. n. 8.

3957 Procurator autem debet adamassum

ills verba, ut tenorem mandati, ita ut si excep-

erit matrimonium, non deficit, invalidum sit matrimo-

nium Tridentinum.

3958 Quid, si expedito procurationis

matrimonii (at Clericatus cap. num. 9.) man-  
tendo, & firmando, revocet consensum, sed Procurator

hoc modo revocationis prædictæ, contrahat

matrimonium nomine ejusdem mandantis;

expeditum, & firmatum. Matrimonium esse nullum; quia in

actis civilibus valent gesta per Procura-

torem, nec revocata, quando revocatio nec Procu-

rator, nec parti nota est, l. si mandatum,

modus: tamen secus est in matrimonio;

diversitatis est, quia in temporali-

bus, & merè politicis, Respublica supple-  
re potest consensum contrahentium, non au-  
tem in Sacramento matrimonii, de cuius ef-  
ficiencia est, ut interveniat verus, & realis con-  
sensus conjugis, Tamb. d. cap. 4. §. 1. num. 5.  
6. & 7.]

3959 Item, si expedito mandato, ante-  
quam procurator contrahat, mandans fiat  
amen, tunc est assenser, quod matrimo-  
nium sit nullum. Diana part. 3. tract. 4. ref.  
240. Tamb. de matr. tract. 4. cap. 4. a num. 11.  
Clericatus cap. 242. n. 11. quia deficit verus  
consensus realis. Sermo autem est de vera  
amentia, minime de priuæni ad tempus:  
hac namque (ut recte advertunt relati Do-  
ctores) æquiparatur ebrietati, qua homi-  
nem à statu humano non amovet.

3960 Et quamvis Tamb. cit. §. 2. cum Ca-  
stropal. teneant posse matrimonium contrahiri  
per Epistolam, qua Sponsus scribat sponsæ.  
se eam ducere in uxorem; recte ait Clerica-  
tus cap. 142. n. 12. hunc modum non esse  
practicandum: tam quia utriusque conser-  
sus præstari debet coram parocho, & testi-  
bus, ad quod non videtur sufficere Epistola;  
quam quia hic modus est expositus fraudi-  
bus, & falsitati. Ita ille.

#### DE TRIBUS BONIS MATRI- MONII.

3961 Fines primaris, seu bona ad substan-  
tiam matrimonii ex institutione  
Christi requisita, sunt tria, videlicet, *Sa-*  
*cramentum, fides, & proles*: adeoque, ut  
quis validè contrahat, necesse est, ut sal-  
tem implicitè intendat se obligare ad in-  
dissolubilitatem, seu perpetuitatem, ad  
fidem servandam conjugi, & ad prolem  
studiosè non impediendam per media illici-  
ta, sed gratauerit eam acceptandam, ac Re-  
ligiosè educandam, si eveniat; ita ut, si  
Hhhh 3 omnem

omnes, aut unam tantum obligationem ex praedictis tribus positivè excludat, v. gr. si positivè habeat animum non se obligandi ad fidem servandam, aut ad bonum proli, etiam per intentionem mente retentam, invalidum sit matrimonium ex defectu consensus, qui est de substantia contractus. Scotus in 4. d. 31. qu. un. § Ad questionem litter. A. & E. v. n. 4250.

3960. Si vero quis, dum matrimonium contraxit, habuit intentionem falsoe implicitam se obligandi ad prefata tria bona, sed simul habuit animum talam promissionem, & obligationem non servandi, mortaliter peccavit, sed validum est matrimonium. Exemplum: Puella parturientium doloribus exterrita, quando matrimonium contraxit, habuit falsoe implicite animum se obligandi ad bonum proli, sed simul habuit intentionem hujusmodi obligationem non exequendi, sed impediendi; & in esse-  
deu studiose sumpsit medicinam sterilitatis induxitivam: peccavit quidem, sed validum est matrimonium. Scotus cit. & dist. 30. queß. 2. art. 2. D. Bonavent. in 4. d. 3. 1. art. 2. 31. 3. D. Thomas in 4. d. 31. qu. 2. art. 3. Tancredi tom. 1. lib. 2. dis. 29. a. num. 3. ad 7. Tamb. lib. 8. de matr. tr. 4. c. 2. § 3. & c. 5. § 8. Busemb. lib. 6. c. 2. dub. 1. n. 5. & com.

3961. Ratio est, quia intentio se obligandi ad substantia contractus, si tenet ex parte actus primi, & inde est de essentia contractus; intentio vero obligationem exequendi, sicut & ipsa executio, si tenet ex parte actus secundi; actus autem secundus accedit actui primo, & ideo ejus contractus non tollit, sed stat cum substantia contractus, ut in simili dixi de juramento, & voto n. 1561.

3962. Hac ratione plures Sancti validum matrimonium interiunt, & illibatam castitatem reservaverunt, quoniam mutuum dominium

corporum separari potest ab aliis corporum omnino lego. Scotus in 4. d. 31. qu. 1. art. 2. sat. docte ostendit, quo pacto valitatem matrimonii p. Virginis cum S. Joanne & inviolatum castitatis votum temporis.

### C A P U T III.

*De consensu conditionis.*

3963. **C**ertum est ex dictis, conditione: contra tria bona, matrimonium tate matrimonium; quia destruit essentiam, sine qua consistere non posse.

Unde matrimonium, i. Sub hac condicione: *Contra te cum duce aliam p. debet repariam: quia est contra bonum Scienti, 2. Contra te cum sit adulterium dederis: quia est contra bonum fidei, 3. et rado tecum si virtus generalis, vicia problem: quia est contra bonum proprium. Catus cap: 142 n. 46. Adeoque lenio se aliis conditionibus. Pro quibus.*

3964. Matrimonium contractum conditione de presenti, vel propteritudo. *Tancredo, si primum, quod mihi dixisti, non officium a Rege habuisti, non tolleretur sensum, quia vel ea est, vel non est, ita contractus est validus; si non, invalidus, non suspendit conuenitum conditio de futuro necessario, v. gr. Te alico, si eris in futuro, si patienter in futuro contingit certe futuro, opere de. Si Antichristus nascetur, quia aquila vocem celeario.*

3965. Validum est matrimonium cum etum sub conditione de futuro contingenti, quia non sit contra substantiam, tria bona, matrimonij; v. gr. Dux ut si p. dium alienum, quod in viro domino tenuerit non restituas. Vel sub conditione impossibili, quia haec conditiones habentur praeconjectis, ex cap. final. de condit. appos.